

Per si qua est, qua restat adhuc, mortalibus usquam,

Intemerata fides, oro, miserere laborum

Tantum miserere animi non digna ferentis.

Æneid. 10. Nescia mens hominum fati sortisq; futura,

Et servare modum rebus sublata secundis.

Terent. in Heaut. Ut te Dii Dæq; omnes quantum es,

Syre.

Cum isthoc invento cumq; incepto perdant.

Idem in Adelph. Et quod dicendum hic sit, tu quoq; per-

parcè nimium, non laudo, est παρρησία.

Ibid. Videre videor jam illum cum hinc egens profugiet,
aliquò militatum. Ominat.

Hom. Iliad. 3. Utinam vel natus non esses, vel cœlebs pe-
viisses? votum Hectoris de Paride, &c.

C A P U T X X V I I.

I. E P A N O R T H O S I S

est, cùm antecedens aliquod corrigendo revocatur, & commodum aliud substituitur. *Dicitur Latine Correctio.*

(Epanorthosis dicitur ab ἐπανορθώω corrigo, emendo, castigo. Cicere Correctionem nominat, Fabius Emendationem. Tollit enim id quod dictum est, & pro eo id quod magis idoneum videtur, reponit, Auctor ad Heren. & sic q. occulta palinodia est.)

2. Ejus modi duo sunt. Vel enim 1. dictum aut sententia revocatur: ut — *Filium unicum adolescentulum.*

Habeo, ah! quid dixi habere me? imò habui Chreme,

Nunc habeam nec ne, incertum est: Terent. in Heaut.

G 5

Luc.